immobile est. si sint consonantes sine uocalibus. Nam ille posse
scribi possunt. Nomina uero et potestatem habere sine uocalibus
non possunt. A uocales littere quot sunt? v. Secundum latinos

Tertia que pars est? nomen. Quare? quia significat substantiam cum qualitate.
Quomodo diffinitur nomen secundum substantiam? Nomen est pars orationis cum casu.
corpus aut rem proprie communiterue significans. et unicuique subiectorum
proprie uel communem qualitatem distribuens. Secundum sonum nomen dicitur a notamine
eo quod uocabulo suo res notat et nobis efficiat. Non enim homo sciens si nomen rerum
perierit. Nomini quot accidunt? v. Que? Species. genus. numerus. figura.
casus. Cuius speciei? primitiue. Quot sunt species nominum? due. Que?
primitiua et diriuatiua. que due sunt communes propriorum et appellati-
uorum. Quid est proprium? quod significat priuatam substantiam et qualitatem rei
indiuidue ut plato socrates. que sunt species propriorum? prenomen. Nomen. cognomen.
agnomen. Quid est prenomen? quod preponitur causa differentie. uel dignitatis
ut publius. Nomen est quod imponitur non cause differentie nec ab alico euentu.
nec est commune cognitionis ut scipio. Cognomen est quod est commune cognitionis
ut cornelius. Agnomen est quod imponitur ab alico euentu. ut africanus. Quid est
appellatiuum? quod commune est multorum quibus eadem substantia siue qualitas. siue
quantitas. generale uel speciale utrumque. Generale ut animal corpus uirtus. Speciale ut homo lapis.
gramaticus. Que sunt species appellatiuorum? corporalia. Incorporalia. Omonima.
Sinonima. uel polionima. adiectiuum. Ad aliquid dictum. quasi ad aliquid
dictum. Gentile. Patriuum. Interrogatiuum. Infinitiuum. Collectiuum.
diuiduum. Factiuum. generale. Speciale. Ordinale. Numerale. absolutum.
temporale. locale. patrimonicum. Possessiuum. Comparatiuum. Super-
latiuum. diminutiuum. Quasi diminutiuum. denominatiuum.
Verbale. Participiale. Aduerbiale. Quid est corporale? quod uidetur
(ut homo) et tangitur. Quid est incorporale? quod non uidetur (ut uirtus ...) nec tangitur. Quid est omo-
nimum? quod sub una uoce diuersa significat. ut pirrus filius achillis.
(pirrus) et rex epyrotarum. Quid est sinonimum uel polionimum? quod sub diuersa uoce
idem significat. ut ensis. mucro. gladius. Quid est adiectiuum? quod naturaliter